



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Concha Dvodecim Margaritarvm

Coloniae, 1649

Margarita XII. Charitas Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55155](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55155)

20 MARGARITÆ

16. Si quid mali videro in alijs quos  
corrigere nequeam, ex Charitate ijs dicam  
qui possint emendare; vt peccans in ro-  
ctam salutis viam reducatur.

17. Conabor adducere plures ad  
confessionem, maximè generalem.

MARGARITA XII.

CHARITAS DEI.

*Actus.*

1. Singulis diebus ter, vel quater  
contritionem excitabo dolens,  
quod Deum meum, Creatorem,  
ac Salvatorem meum, Patrem opti-  
mum offenderim.

2. Delicias mundi in potu & cibo,  
vanitates etiam in vestitu, & nominis  
gloriam: aliasque carnis voluptates, vni  
Dei amori posthabebo, spernamque,  
contentus solum ijs quibus viuere pos-  
sum.

3. Si se offerat occasio peccati mor-  
talis, moriar potius, & discerpar in  
partes, quam vt ei consentiam.

4. Pec-

4. Peccatum etiam veniale, nunquam in amici alicuius gratia ex proposito faciam, sed potius disrumpar.

5. Vt Deus magis honoretur, desiderabo sapius, Deum ab omnibus laudari, ac amari: dicamque in spiritu: Laudate Dominum omnes gentes, &c.

6. Lubens publicis interero diuinis officijs, vt cultus Dei augeatur, hinc à scholis vacans, ad Parochias me recipiam, vt ibi vesperas, aut aliud quid decantem.

7. Octauo quoque die communicabo si iudicet confessarius, vt cum Deo, tum intimius mihi præsente, sermones misceam dulcissimos.

8. In confessione Dei mei, ac fidei meae, non erubescam, sed pro hac dura quauis perferam, imo mortes multas.

9. Semper cum erit occasio, alios homines ad Dei amorem meis colloquijs incitabo Dei beneficia enarrando, vt creationem, redemptionem, & bonam auram &c. prout erit occasio.

10. Castigationes Dei de benignissimâ eius manu, vt magna accipiam  
benef.

beneficia , eumque in his collaudabo  
cum Iob. sicut Domino placuit ita fa-  
ctum est, sit nomen &c.

11. Optabo sæpius per diem tot  
corda Seraphico amore plena , quot  
sunt folia arborum , quot sidera cæli,  
quot guttæ maris , quot arenæ littorū.  
Addens: O Domine nihil hoc adhuc  
esset, quia pluribus infinities dignus es.

12. Optabo semper vesperi , cubi-  
tum iturus, cor meum ac linguam , to-  
ta nocte Dei laudes decantare , si ita  
Deo placeret, idque fieri à sanctis An-  
gelis precabor.

13. Altariola domi recreationis  
loco ædificabo sæpè.

14. Optabo , & orabo sæpius Dei  
cognitionem hominibus dari, dicens:  
Domine, Nouerint se, nouerint te: scio  
e nim certo si te cognoscant, amabunt,  
quia nimis bonus es.

15. Deum sæpe in omnibus creatu-  
ris pro me , quasi laborantem cogita-  
bo, eumque mente intruebor, dum has  
in mei , aliorumque gratiam conser-  
uat, & ex ijs me aspicit, secundum illud

Cap.

Canticor  
post parie  
los, dicam  
rem te, sic  
semper te  
tu

Adm

Q Via  
Co i  
anim  
ad sapiet  
pigeat eos  
in corpa  
abilis a  
ualis.

VIRTVTVM. 23.

Canticorum : Ecce dilectus meus stat  
post parietem , prospiciens per cancel-  
los, dicamque : O Deus vtinam dilige-  
rem te, sicut diligis me : Da Domine vt  
semper te hic latentem intuear , sicut  
tu me; daque vt te sic dili-  
gam, sicut tu me,  
Amen.

F I N I S.

## Typographi

### Admonitio ad Lectorem.

*Q*uia in hac forma plures & impressi  
& imprimam libellos selectissimos,  
anima ad virtutē excolenda, & vita  
ad sapientia leges ordinanda seruietes, nō  
pigeat eos tibi comparare, habebis enim  
in compactione eadem exiguo sumptu pa-  
rabilia, optima, selectissima, utilissima.